Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



87

Additiones ad Cap. VII.

1) Norisius de Cænotaphio Pisano Diss. 2. c. 10; et cum eo Hiebernus in Hist. Relig. & part. I Diss. 46; ostendunt templum Jani clausum fuisse anno U. C. DCCXLVIII 748. ~~Eadem tesse Hiebern demonstrat~~ Herwartus in Opusculo, cui titulus: Nova et exacta ad calculum Astronomicum revocata Chronologia (quod mihi tamen non est ad manum) [apud eundem Hiebernum, demonstrat, dass das Jahr der Gnaden-vollen Menschwerdung Christi nicht mit dem 46. sondern mit dem vierzigsten Julianischen Jahr übereins treffe, wie er dann dises alles mit einer ungemeinen Gelehrsamkeit und Astronomischen Calculo erweiset. Crosius l. 5. c. 22: Clausis igitur Jani portis, Augustus rempublicam, quam bello quæsiverat, enutrire atque ampliare studens, leges plurimas statuit.

2) Luc. II, 1, 3.

3) Descriptionem hanc in Rætia commissam fuisse Præsidi seu Præfecto tunc temporis ibidem existenti; procul dubio est. Quis autem is Præses fuit? ~~tub Kaseianus in Hist. Rejt.~~ Drusus, qui Rætiam subjugaverat, alium Drusum illius nepotem ~~tunc~~ nempe Tiberii Cæsaris filium, quem quidem alias in Pannoniam, alias in Illyricum missum, Tacitus Annal. l. 1, c. 24 et l. 2, c. 44 memorat; de Lucio Calpurnio Pisone vero nihil ~~intra~~ vel ultra Alpes gestum legitur. Nihilominus Burglechnerus in Aquil. Tirol. T. I, l. 13, c. 2; item Jac. Brandisius in Annal. Capitan. Tirol. part. I, c. 1, primum Rætiæ Præfectum assignant hunc Calpurnium; quia quidem auctoritate, non prodant. Brandisius integrum catalogum recitat Præsuccessorum Calpurnii usque ad seculum VI, sequentem:

Fl. Fabianus: sub Tiberio.
M. Antonius.
Sosius Senecio: sub Domitiano.
Cl. Restitutus: sub Trajano.
Sel. Verus: sub Adriano.
L. Aur. Annius.
Tiberius.
Italicus.
Aur. Cassius: sub Antonino Pio.
P. Pertinax.
Sept. Severus.
M. J. Philippus: sub Alexandro.
Licinius: sub Gordiano.
Valerianus.
Tulv. Bojus: sub Valeriano.
Aurelius.

VII.